

INTROIT Psalm 47: 10-11

Suscépmus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: justítia plena est dextera tua. (Ps. 47: 2) Magnus Dóminus, et laudábilis nimis: in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Suscépmus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: justítia plena est dextera tua.

COLLECT

Largíre nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitánda quæ recta sunt, propítius et agénda: ut, qui sine te esse non póssumus, secúndum te vivere valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 8: 12-17

Fratres: Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivámus. Si enim secúndum carnem vixeritis, moriémini: si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicúmque enim spíritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba - Pater. - Ipse enim Spíritus testimónium reddit spíritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et herédes: herédes quidem Dei, coherédes autem Christi.

GRADUAL Psalm 30: 3

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias. V. (Ps. 70: 1) Deus, in te sperávi: Dómine, non confundar in ætérnum. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 47: 2) Magnus Dóminus, et laudábilis valde, in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. Allelúja.

GOSPEL Luke 16: 1-9

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habébat villicum: et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona ipsíus. Et vocávit illum et ait illi: Quid hoc audio de te? redde ratiónem villicatiónis tuæ: jam enim non póteris villicáre. Ait autem villicus intra se: Quid fáciam, quia dóminus meus aufert a me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco. Scio, quid fáciam, ut, cum amótus fúero a villicatióne, recipiant me in domos suas. Convocátis itaque singulis debitóribus dómni sui, dicébat primo: Quantum debes dómno meo? At ille dixit: Centum cados ólei. Dixítque illi: Accipe cautionem tuam: et sede cito, scribe quinquagínta. Deínde álii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros trítici. Ait illi: Áccipe líttas tuas, et scribe octogínta. Et laudávit dóminus villicum iniquitátis, quia prudénter fecísset: quia filii hujus sæculi prudentióres filiis lucis in generatióne sua sunt. Et ego vobis dico: fácite vobis amicos de mammóna iniquitátis: ut, cum defecéritis, recipiant vos in ætérna tabernácula.

OFFERTORY Psalm 17: 28, 32

Pópulum húmitem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te, Dómine?

SECRET

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera, quæ tibi de tua largitáte deférimus: ut hæc sacrosáncta mystéria, grátiae tuæ operánte virtúte, et præsentis vitæ nos conversatióne sanctificent, et ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalm 33: 9

Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo.

POSTCOMMUNION

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium: ut, cujus exséquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

We have received, O God, Thy mercy in the midst of Thy temple according to Thy name, O God, so also is Thy praise unto the ends of the earth: Thy right hand is full of justice. (Ps. 47: 2) Great is the Lord, and exceedingly to be praised, in the city of our God, in His holy mountain. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. We have received, O God, Thy mercy in the midst of Thy temple according to Thy name, O God, so also is Thy praise unto the ends of the earth: Thy right hand is full of justice.

Bestow upon us, O Lord, we beseech Thee, the spirit to think and do always such things as are right; that we who cannot exist without Thee, may be able to live according to Thy will. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, We are debtors, not to the flesh, to live according to the flesh; for if you live according to the flesh, you shall die but if by the Spirit you mortify the deeds of the flesh, you shall live. For whoever are led by the Spirit of God, they are the sons of God. For you have not received the spirit of bondage again in fear, but you have received the spirit of adoption of sons, whereby we cry, Abba (Father). For the Spirit Himself gives testimony to our spirit, that we are the sons of God and if sons, heirs also, heirs indeed of God, and joint heirs with Christ.

Be Thou unto me a God, a protector, and a place of refuge, to save me. V. (Ps. 70: 1) In Thee, O God, have I hoped: Lord, let me never be confounded. Alleluia, alleluia. V. (Ps. 47: 2) Great is the Lord, and exceedingly to be praised, in the city of our God, in His holy mountain. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples this parable: "There was a certain man, who had a steward; and the same was accused unto him that he had wasted his goods; and he called him, and said to him: How is it that I hear this of thee? Give an account of thy stewardship, for now thou canst be steward no longer, And the steward said within himself: What shall I do, because my lord takes away from me the stewardship? To dig I am not able; to beg I am ashamed. I know what I will do, that when I shall be put out of the stewardship, they may receive me into their houses, Therefore calling together every one of his lord's debtors, he said to the first: How much dost thou owe my lord? But he said: A hundred barrels of oil. And he said to him: Take thy bill, and sit down quickly, and write fifty. Then he said to another: And how much dost thou owe my lord? Who said: A hundred quarters of wheat. He said to him: Take thy bill, and write eighty. And the lord commended the unjust steward, as much as he had done wisely: for the children of this world are wiser in their generation than the children of light. And I say to you: Make unto you friends of the mammon of iniquity, that when you shall fail, they may receive you into everlasting dwellings."

Thou wilt save the humble, O Lord, and wilt bring down the eyes of the proud; for who is God but Thee, O Lord?

Accept, we beseech Thee, O Lord, the gifts of Thine own bounty, which we bring Thee: that these holy and sacred Mysteries, by the working of the power of Thy grace, may sanctify us in our conduct of this present life and bring us to everlasting joys. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Taste and see that the Lord is sweet: blessed is the man that hopes in Him.

May this heavenly mystery be to us, O Lord, for renewal of mind and body: that we may enjoy the fruits of that which we celebrate. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.